Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

credidérit in eum et venient romani et tollent nostrum locum et gentem.

Unus autem ex eis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetavit quia Iesus moriturus erat pro gente et non tantum pro gente sed ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum. Iesus autem iam non palam ambulabat apud Iudaeos sed abiit inde in regionem iuxtam desertum in civitatem quae dicitur Ephraim et ibi morabatur cum discipulis suis. Et prope erat Pascha Iudaeorum et ascenderunt multi Iudaeorum Hierosolimam ante Pascha ut purificarent se. Quaerebant ergo Iesum et dicebant ad invicem stantes in templo: Quid putatis quia non veniet in diem festum? Dederant autem pontifices et pharisaei mandatum ut si quis cognoverit ubi sit indicet ut comprehendant eum.

Ioh. 11. De quomodo Christus cum discipulis suis in Effraim secessit.

from Joh 11

Collegerunt ergo pontifices et pharisaei concilium adversus eum et dicebant: Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic omnes credent in eum et venient romani et tollent nostrum locum et gentem. Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetavit quia Iesus moriturus erat pro gente et non tantum pro gente sed ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum. Iesus autem iam non palam ambulabat apud Iudaeos sed abiit inde in regionem iuxtam desertum in civitatem quae dicitur Ephraim et ibi morabatur cum discipulis suis. Et prope erat Pascha Iudaeorum et ascenderunt multi Iudaeorum Hierosolimam ante Pascha ut purificarent se. Quaerebant ergo Iesum et dicebant ad invicem stantes in templo: Quid putatis quia non veniet in diem festum? Dederant autem pontifices et pharisaei mandatum ut si quis cognoverit ubi sit indicet ut comprehendant eum.